



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

3. De comparatione numeri prædestinatorum ac reproborum ad purum ex
homi[ni]bus coacti.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

gna valde multitudo, & numerus est. Quod autem omnium Angelorum multitudo innumera, ac pene infinita sit. Constat primo, quia infima, & minimi numeri hierarchia Angelorum multitudo totam hominum præteritorum, futurorumque multitudinem duplo ut minimum superat cum horum singulis singuli Angeli sint deputati custodes ex iis qui in bono persistunt: cum autem infima hierarchia Angeli minus perfecti, & sapientes natura sua sint, ac de se proinde seductioni, & vitio aptiores: dimidiam reproborum partem ex Angelis hisse fuisse prædanti, vero similitudini, & conaturaliori ratione censendum est: cum autem pro hierarchiarum superioritate valde eorum numerum augeat, ut communiter Theologi censent, quantus Angelorum creatorum ad totas novem hierarchias spectantium numerus erit? Hinc quam maxima reliquorum Angelorum prædestinationum multitudo demonstratur; cum ex eo textu sit multitudo reproborum duplo maior. Secundo quia bonorum, seu prædestinationum Angelorum numerus præ sui multitudine innumerabilis ab scriptura asseritur Iob. 25. *Numquid est numerus militum eius? Daniel septimo 10. Militia millium ministrabant ei, & decies millies centena millium assistebant ei, & Apocalypsis quinto numerus Angelorum Dei throno assistentium millia millium esse dicitur.* Quo loquendi modo rerum innumerabilis multitudo significatur.

3. Dico tertio: prædestinationum reproborumque hominum numerus valde etiam magnus est, de prædestinationis constat. Primo ex Genesi. vigesima secunda ubi Deus ad Abraham, *Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & velut arenam, quæ est in litore maris, & Ierem. trigesimo tertio. Sicut dinumerari non possunt stellas cæli, & metiri arenam maris, sic multiplicabo semen David servi mei.* Quæ de spiritali filiorum virtutis propagatione, qui ex lapidibus, aiebat Baptista nuper suscitari ipsis à Deo possunt intelligenda præcipue, & intellecta à Patribus sunt: scilicet de prædestinatis atque ex fide viuis, sicut Abraham saluandis. Apocal. 7. *Vidi turbam magnam, quam denumerare nemo poterat ex omnibus gentibus stantes ante thronum.* Psalm. 138. *Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur & Mattheo octavo. Multi ab Oriente, & Occidente surgent, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cælorum.* Probat ratione, quia Christum pro omnium salute incarnatum torque durissima, & ignominiosissima crucem etiam, & mortem perpassum, pauculos solum homines saluari, reliquis innumeris perditis dedecere. Secundo quia ex prædestinatis hominibus, reparandus sit, & numerus, & sedes, ad quas lapsi Angeli ibant, directique per Dei sufficientem gratiam fuerunt, etsi non peruenirent: ac proinde tot saltem homines prædestinati sunt, quot sunt Angeli reprobi, iuxta intelligentiam communem: quare cum tanta sit creatorum à Deo Angelorum multitudo, quantam proxime diximus, eiusque tertia pars perierit: quam maximus prædestinationum hominum numerus evincitur: sed me quidem iudice non totus reproborum Angelorum numerus erit ex prædestinatis ad calculum implendus; sed quousque horum numerus pro cuiusque meritis peringat, qui tamen magnus numerus erit. Quod autem reproborum hominum magnus valde numerus, & innumerus sit, facilius adhuc probatur. De eis enim vel maxime proloquium verum habet. *Statuorum infinitus est numerus, & Psalm. 39. de eis dicitur: Multiplicati sunt super numerum.* Huc etiam faciunt omnia, quæ de comparatione numeri prædestinationum reproborumque hominum dicemus cert.

4. Dico quarto: comparatione facta collectionis omnium prædestinationum, & reproborum om-

nium, tam ex Angelis, quam ex hominibus comparatione maiore longe prædestinationum, quam reproborum numerus est. Probat facile ex dictis. Quidquid enim sit de numero prædestinationum, ac reproborum ad purum ex hominibus constati comparatione quoad magnitudinem vel puritatem cum omnium Angelorum numerus omnium hominum numero immensum patet, nec solum ter excedat, ac sola terra illorum pars reprobis constet, & si unus solum vel alter homo prædestinatus Angelis, duplo quam demones, seu reprobi Angeli pluribus collectionem prædestinationum ex Angelis, & hominibus constatam collectioni reproborum ex vtriusque naturæ numeri magnitudine, & quantitate excedere evidentiū est. Accedit numerum prædestinationum Angelorum infima hierarchia ex qua sola custodes deputantur, & singulis singuli custodes deputantur; namque omnium prædestinationum, reproborumque hominum coniunctim sumptorum ut minimum æquatur cum tamen absolute loquendo plures ex omnibus reprobi, quam prædestinati citra controversiam sint; quod valde prædestinationum Angelorum numerum augeat: quare, & numerum prædestinationum ex ipsis, & hominibus collecti. Porro hanc conclusionis probationem numerum Angelorum prædestinationum numero reproborum æquonum ita esse maiorem; ut huic duplo excedat manifestum est: quare neque id conclusione & probatione separatim additis opus habet.

CERTAMEN III

De comparatione numeri prædestinationum ac reproborum ad purum ex hominibus coacti.

RES hæc nisi multiplici collectionis hominum omnium diversitate præmissis clarescat, & probabilitatis fundamentis aliquo negotio definiti. Prima ergo collectio ex omnibus hominibus tam fidelibus tam legis naturæ, scriptæ, & gratiæ, quam infidelibus esse, consideratque ad rem præsentem potest, & hominibus quidem tam infantibus ante rationis usum, quam adultis obnoxii. In qua acceptione dicendum est numerum reproborum, numero prædestinationum longe ac longissime esse maiorem. Est conclusio omnium Doctoribus Catholicis certa. Probat: quia innumerabilior, infidelium, quous triplicis illius legis tempore, quam fidelium turba est: & infideles omnes, tam adulti, quam parvuli obnoxii ad reprobos spectant. Adde collectionem ex adultis fidelibus & infidelibus facta (parvulis ætatemque seculi) adde rationem pro additamento secundo ex sancto Thoma producendam. Ampliorem etiam esse numerum reproborum. Probat primo ratione similibus. Quia infideles adulti plures multo fidelibus sunt, ac reprobi omnes: cum tamen non omnes adulti fideles sint prædestinati. Adde etiam iuxta collectionem hanc, ex fidelibus & infidelibus factam numerum infidelium reproborum adultorum æquonum esse numero fidelium prædestinationum ex parvulis, & adultis omnibus constante. Ratio est quia illorum numerus infidelium, fidelibus cunctis parvulis, & adultis prævalet: ac insuper et infidelium parvulis, quos addimus, multi valde infidelium scripta, & lege gratiæ sine circumstantiis ac f-

ac sine baptismo decessere, ac decedere. Pro his tribus conclusionibus facit ratio. Sancti Thomæ prima parte, quæstione vigesima tertia, articulo septimo, petit ex indignitate nature humanæ, quam lapsum iam in Adamo immo, & in se ipsa (Dei-para excepta) in cuiusque prædestinatione, ac reprobatione Deus supponit: etsi enim Dei bonitas meritis etiam Christi sollicita ad plures prædestinationem quam reprobationem: immo ad omnes etiam homines, & ex genio, ut sic dicam, suo, & ex tantorum meritorum sufficientissimo motu extendere posset: cum tamen utrumque adhuc, ipsum ad aliquem, nedum ad plures, ex hominibus prædestinandos minime cogant. omnium hominum dignitas, ut non prædestinentur, sed reprobentur addit, ac diuina menti anterior natura ad electionem alterutram oberrat, bonitati suæ, & Christi meritis non parum dedit, cum tantam massæ corruptæ, sibi que infensæ partem prædestinasset, reprobata massæ eiusdem parte longe minore.

2. Et quidem Dei bonitas ad beneficia maior propensio re integra, ut sic loquar, & de se se solum considerati credenda est, non autem positio ex parte nostri peccati: tunc enim non minus ex iustitia sua ad supplicia, quam de se ad veniam inclinat in negotio vero reprobationis voluit de facto ex reprobatorum numero maiore voluit apertius nobis innotescere, ac simul summam prædestinationis erga ipsos amorem benignitatem, ac beneficentiam suam, cum non solum nullo merito bono, sed merito à Deo malo, ob quod reprobatio cunctis debita erat, & erga adeo plures ex eis exercita à Deo fuit se à Deo videant prædestinatos, ac subinde, & æternum, & ædientius ipsi gratias habent, laudisque insonent, ac rependant quod enim frequentius, & ut plurimum euenit ex naturæ debito fieri reputatur: Ita, ideoque à Deo factum Isaias docet capite 24. atque subiuncto exemplo simul confirmat scribens. *Quomodo si paucæ oliuæ, quæ remanserunt* (reliquis perditis) *Excitantur ex olea, & racem, cum fuerit finita vindemia hi leuabunt vocem suam, atque laudabunt, &c. Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum: Eandem rationem illis ad Roman. 9. Quod si Deus vult ostendere iram, &c. Commentariis suis Beda, Ambrosiaster, Anselmus, & alij contineri voluit. Sanctus Augustinus item quæstione 23. in Exodo epist. 106. columna 8. de prædestinatione Sanctorum, capite 8. sed elegantius, pressiusque 21. de ciuitate capite 12. circa finem, in qua (pœna damnationis) multo plures, quam in illa (gratia, & misericordia efficacis Redemptionis) sunt: ut sic ostendatur, quid omnibus deberetur, & epistola 157. ad Optatum versus med. hanc etiam rationem adiungit. *Atque, ut hinc quoque intelligant, qui ex ipsa damnatione redimuntur, hoc fuisse debitum misse illi vniuersa, quod tam magna parti eius redditum cernerent: stat pro conclusionibus hinc, maxime pro prima, & præcipua, cui alias adiunximus illud Esiæ 4. Hoc seculum fecit Altissimus propter multos, futurum autem propter paucos, subinferius: Dabit tibi terram multam, unde sis sedit: paruum autem puluerem, unde auium sis: sic & alius præsentis seculi. Multi quidem creati sunt, pauci vero saluabuntur. Est autem liber hic summæ infra Canonicos auctoritatis. Denique Apocalyp. 10. prædestinatorum saluandorumque, seu vitæ liber vnus esse dicitur, reliquorum multi, quasi reprobos præ eorum multitudine libri plures non capiant.**

3. Dico secundum habitam solum ratione prædestinatorum reprobatorumque hominum fidelium, tam ante quam post rationis vsum obcuntium in Ecclesia Dei legis naturalis antiquæ, vel Christianæ prædestinatorum, quam reprobatorum est numerus maior: ita noster Lorinus ad id Psalmi 138. versu 14. *Diminuerabo eos, &c. Soarez 3. de prædestinatione capite tertio, Ruiz de Montoya supra sectione prima, numero quinto, valde in eam in-*

clinat quibus adde Doctores iam citandos pro sententia affirmante maiorem numerum adulatorum fidelium prædestinatorum, quam reprobatorum, cum tamen ei numero ingens copia infantium per Baptismum, circumfessionemve Ecclesiæ Fidelium adscriptorum, atque originali è luto ante vsum rationis obcuntium, & prædestinatorum qui numerus amplior valde, quam prædestinatorum fidelium adulatorum plane est: inde probatur conclusio; quia, etsi reprobatorum fidelium numerus maior, quam adulatorum etiam fidelium prædestinatorum sit, paruulorum horum prædestinatorum accessu, quorum tantam esse copiam quotidie videmus, excessus ille adulatorum fidelium reprobatorum, non solum æquatur, sed exceditur. Secundo: quia nihil in scriptura, aut Patribus est pro maiori reprobatorum, quam prædestinatorum numero quod non sit, vel de collectione omnium hominum tam fidelium, quam infidelium, ut constat ex datis locis pro conclusione prima, vel de collectione fidelium adulatorum solum, ut constabit ex locis pro tertia nostra conclusione producendis: quare pro indulgentiore Dei misericordia, & prouidentia incertum fidelium suorum beneficentior stare iudicium nostrum debet: ut plures ex eis prædestinasse, quam reprobasse censeamus.

4. Dico tertio: ex fidelium omnium collectione plures reprobati sunt, quam prædestinati: conclusioni huic expresse aduersantur, & contradicunt Syluester tractatu secundo in Euangelio septuagesimo, & prima parte consistorij quæstione 23. articulo 8. ad 2. Carthagena discursu 10. de prædestinatione dubio penultimo aduersariique etiam referuntur Franciscus à Christo. in 1. d. 40. & 41. quæstione quinta de reprobatione, sed tamen de Ecclesiæ fideliumque omnium ceru loquitur paruulis baptisatis non exclusis. Soarez etiam refertur vbi proximè, qui tamen non solum baptisatos paruulos non excludit, sed expresse includit: quare uterque pro secunda nostra conclusione stat, quin tertiæ huic vltimate aduersetur. Hanc vero tertiam conclusionem tradunt expresse in caput 20. & 26. Matthæi ad verba illa: *Pauci vero electi*. Caletan. in capite vigesimoquinto, Matthæi ad parabolam de Virginitibus, vbi & Lyranus, Arboreus 4. Theophilus, capite 20. Maldonatus ad versum 14. Matthæi 22. Molina prima parte, quæstione 23. articulo septimo, conclusione septima. Ruiz citata d. 54. sectione prima, numero decimosexto, conclusione 2. 3. 4. 5. Scio nostros Valquez d. 101. capite quarto, & Esolum supra numerum septimum, rem hanc iudicio nostro indecisibilem, ac Dei iudicio referendam censere: sed tamen Deus satis iudicium suum pro nostra conclusione aperuit, eamque plus libito nostro euentus ipse rerum, & naturalis ratio confirmavit. Primum probat ex Veteri Testamento, in quo figurate traditur frequentissime, ut videre licet in Ruiz nostro locis citatis. Pauca subdo à Nouo Testamento in hanc sententiam explicata. Primum sit ex arca Noë: in qua (1. Petri capite tertio) *Pauci, id est octo anime salus facta sunt per aquam: pergit. Quod & vos nunc similis forma saluos facit Baptisma: non carnis depositio sordium, sed bonæ conscientie interrogatio in Deum.* Quæ Sanctus Augustinus 5. de Baptismo contra Donatist. capite 18. His interpretatur. *Quia propter, sicut apparet, homines in unitate Catholica Baptizati, qui saculo sola verbis, non factis, renuntiant, quomodo pertinent ad huius arce mysterium, in quibus non est conscientia bonæ interrogatio: Hæc vero respectu adulatorum fidelium locum tantummodo habent. Horum etiam typus erant sexcenta illa peditum millia Exodi 12. Egypto egressorum ex quibus duo solum Chaleb, & Iosue terram promissam, ad quam omnes ibant, sunt ingressi numerorum 14. De quo Paul. 1. Corinth. 10. *Non in pluribus eorum* (tamen eandem potu ciboque spiritali,*

indebitum esse: immo, & debitum obiectum candendi illa post abolitum originale ex tempore quod antecessit, ac in eis fuit, in ipsis etiam iustificatis persistere. Probatur secundo ratione, quæ tamen etiam à Sancto Thoma ibidem fuit, ac pro conclusione prima non minori robore certat: quia natura corrupta hominum omnium, etiam iustificatorum in malum propensior valde est, aliundeque sensibilibus viuidioribus longe cognitionibus ad ea secunda sollicitatur, ac præuenitur quam sint à sensibilibus, turpibus adducens, atque ad honesta inducens abstractiue pro statu viæ cognitiones, nimirum à sensibilibus necessario emendatæ, ac subinde motionibus sequeioris: quare gratia, etiam vberè ex meritis Christi à sensibilibus illicitis ad spiritualia, & honesta fideles etiam homines sudoris laborique ingentis ubique gentium, & legum negotium fuit: de populi Hebraici feceribus Oseæ. capite quarto aiebat. *Sanguis sanguinem testis*: & David. *Non est, qui faciat bonum, non est usque ad ætatem*. Nec aliter de Christiani populi moribus sentit Patres, atque oculi etiam (proh dolor!) nostri patiuntur. At, inquit, ita sane est: in sensibilibus hominum, Christianorum etiam vitæ plerumque transigitur, vt de vitiis Pelago emergentibus dici illud Poëta debeat. *Apparent varinantes in gurgite vasto*: sique illud Seneca proloquium etiam de Christianis verum. *Argumentum pessimi turba est*: Sed tamen cum in Christiana Ecclesia præsto adeo facilique sacramentalis penitentia adit, qua instantis sibi mortis temporalis (& æternæ, si respiciant) consilij peccatores fideles iustificentur, atque in Dei gratia & amicitia decedant, plebsque eorum, quantumvis inueteratos peccatores malorum dicunt vitam in iustitia claudere credendum pie à nobis est. Ceterum quot ex Christianis Fidelibus mortis suæ postremi periculi immemores, ac proflus ignari, naufragis, incendiis subitis erumpentibus ex montibus flammis, atque ad millaria plura cineribus terræ hiatibus provincialibus, ædificiorum, vrbiumque ruinis extemporaneis, quas terremotus, & aëris tempestates frequenter efficiunt: quot etiam ex inimicorum insidiis, hostium, inuasionibus repentinis, belliarum inuasionum insulsi-bus, graffatorum incurfibus, aëris, aut morborum contagij celeritibus, atque preliis etiam absque Sacramentorum beneficio, & memoria decedunt?

8. De Fidelibus autem, qui vitio plerumque (vt aduersarij fatentur, & vident,) enutriti cum Sacramentis moriuntur: quot precor ex eis mortem, & periculum: subinde æternæ damnationis sibi instare credunt: nihil scilicet omittente, omniaque mouente Diabolo, qui ad eorum peragendum interitum modicum tempus superesse oprime nouit, vt ab ea cogitatione ipsorum animos diuertat atque vitæ diuturnitatem, vltioremque penitentia locum ipsis adfuturum suadeat: iuuantibus amicis sæculi huius, atque in veterato periclitantium inueterato præsentis vitæ amore, contra quem non sine dolore ingente instare sibi charissimæ vitæ finem credere possunt, & nolunt: sed credant tandem, quot quantisque sceleribus inueteratos à vera penitentia diuertunt? Dolores, dispositionis temporalium, & eorum quæ charissimis filiis, &c. postea cument providendorum, anxia etiam ac vehemens cura: immo quot, quantaque eos tunc in desperationem agant diuinæ Misericordiae, quam tot tantisque sceleribus vltra condignitatem demeritam, & à se abactam recognoscunt? Equæ demum veræ penitentia finalis illorum prudens, & cordata æstimatio esse nobis potest vt plebsque ex illis contingere credamus, qui tunc solum, & fere primum vitia destrunt, cum à vitiis desierunt: id quod rectè ad rem hanc ponderant sanctus Augustinus de vera, & falsa penitentia capite decimo septimo, Homilia 42, post medium ex

libro Homiliarum 30. Cæsar. Arelatenf. tomo secund. Biblioth. homil. 43, & 44. decretum canonicum de penitentia distinctione septima alias causa 33. questione tertia, Cyprianus libro quarto, epistola secunda ad Anonianum post medium Isidorus 2. sententiar. de summo bono, Hugo Victor. 2. de Sacrament. parte 14. capite quinto circa medium. Laurentius Iustinianus de contemptu mundi sub mundi fine. Deinde: cum vera penitenti, nisi ex gratia Dei specialissima, & efficaci haberi ab homine nequeat, Dei inquam, quem tota, vel fere tota vitæ suæ tales isti fideles insensibilium inimicum tanto merito habuerunt, nescio qua probabilitate eorum cuiusque gratia suæ dono tunc adfuturus iudicetur: tametsi suæ bonitatis, & clementiæ ostensionem, ac misericordiæ exemplum vni vel alteri ipsorum tunc donet. Hanc etiam rationem pro nostra conclusione expendunt Cyprianus, & Laurentius Iustinianus vbi proximè, Sanctus Augustinus sermone 10. de Sanctis prope med.

9. Inquirunt tamen aduersarij, ita de antea vitis temporibus fuerit: ita vero postremis sæculis fore remeud iudicabimus: siquidem quid in illis futurum sit ignoramus. Contra vero: quia in iis quæ ex naturæ corruptæ vitiofa inclinatione, viuidiorique, & efficaciori sensibilibus, quam spiritualium motione (quæ totis, ac proinde postremis vitæ huius, & mundi sæculis persistant facta hucque experimur non aliter postea facienda non solum probabiliter possumus, sed prudenter debemus indicare: vide quæso bella, & seditiones toto orbe sub mundi finem futuras à Christo Domino prædictas, & cum ex Iacobi 4. ca. *Ex concupiscentiis nostris, quæ militiam in membris nostris, nasci solummodo credas: concupiscentiarum humanarum vt homines in peccata impellant vires quo loco, & gradu futuræ sæculis posterioribus sint facile dignoscere: vide breuiandos dies postremos ne electi si fieri potest, à salute decedant: vt scias quantum futurum sit postremo sæculo robur. Ac tandem si sæculis Passionis Christi proximioribus, & illo ipso, quo sanguis Christi recens pro hominibus effusus, ac feruens Dei misericordias, & gratis hominibus exhalabat, & fidelium cor vnum, & anima vna proinde fuit, ita ex Christianis, & fidelibus plures vixerunt obieruntque, vt non tenuis: vnde frangi melioris distantioribus, immo distantissimis à Christi Passione sæculis futuros fideles non dicam indicas, sed suspicaris. Rem hanc concludat Hieronymus morti vicinus, qui (teste Eusebio epistola ad Damasum tom. 2. operum Hieronymi) aiebat: vix vnum ex centum millibus perditæ vitæ hominum, verè in mortis articulo penitere. Nolo autem concludere verbis Chrysostomi homil. 40. ad popul. Antiochi. versus med. & 34. ad Hebr. col. 2. & 3. & homil. 3. in aqua: quia sententia dolorem, & horrorem calamus etiam ferre non potest.*

10. Rogas denique curiosius: vter sexus, virorum, an mulierum num. prædestinatorum alteri præualeat? Alexander 2. parte, quæst. 95. vers. finem. Scotus in 2. d. 20. quæst. 2. fin. vbi Gabriel articulo 3. dub. 1. quæstionem definire noluere. Marfilij ibi q. 13. dub. 4. & S. Thomas quodlib. 3. q. 11. art. 25. consent vtriusque sexus numerum prædestinatorum æqualem: quia iidem prædestinati sunt, qui in statu innocentie prædestinantur, si perdurasset: in eo vero statu par prædestinatorum numerus in vtroque sexu esset, quia par in eo virorum, ac mulierum foret numerus, & omnes in eo statu prædestinantur: sed discursus hic Marfilij plura non satis explorata, & forè falsa supponit. Primum eosdem nunc in statu naturæ corruptæ prædestinatos esse, qui in statu innocentie prædestinantur, quod probatione multa opus habet, & nescio an habere possit sufficientem. Secundum non esse nunc prædestinatos plures, quam tunc forent. Tertium æqualem tunc fore numerum virorum, ac mulierum, quæ somnio similis diuina est: cum tunc etiam prolificum semen iuxqualiter dispositum pro occasionum, & temporum, & hominum diuersitate esset futurum, alioqui vel omnes mares, vel omnes feminae procrearentur: quod

quod & æqualitati numeri utriusque sexus assertæ, & hominum obesse propagationi: unde item norunt totidem, non dico eodem quos in illo statu, prædestinatos in natura lapsa esse non plures, oppositum enim fortasse probabilius est sed de his omnibus fusiori calamo, maiorique fundamento disputare, necdum definire oportebit de statu innocentie disputantes.

11. Ruiz noster citata d. sectione 6, plures prædestinatos mulierum, quam virosum sexui. Primo quia multo plures mulieres, quam homines sunt, multoque pauciores hominibus absque Sacramentis belloribus, itineribus, fluminibus, præruptis, latronum incurfibus, naufragiisque repente, & inopinato decedunt: cum autem dociliores, faciliores, gentio, & corde molliores sint, atque ad pietatem procliviores, & timidiore, & metu gehennæ, quam ex fide credunt, & iuvantem adhortationibus plerumque ad veram penitentiam sacramentalem flecti credendum prudenter est: potius quam de viris perditis, qui mortis instantis concilij, & Sacramentorum participes decedunt. Accedit

feminas ut plurimum ex ignorantia, & fragilitate maiore, quam viros peccare, quare & veniabilior, quam homines atque peccantes delinquant: Denique, cum femine in omnia pietatis opera, orationem, religiosum cultum, elemosynam, conciones, Sacramentorum penitentia, & Eucharistia usum frequentem, ieiunia, &c. sint propensiores, & minus hominibus peccant, & frequentius à peccato resipiscunt: cumque parentum, maritorum, & consanguineorum consilio, & pædagogia obedientiores sint, multo paucioribus peccandi occasionibus sunt expositæ, & frequentius illis pietatis operibus, quæ ex Dei gratia male etiam vite interfecerunt, congruum bonitati Dei motuum exhibent, ut ea ad penitentiam veram finalem adducant: maxime durorum plerumque maritorum continuum; ut se dicam, martyrium perpeffæ. Hæc fere Ruiz cui ego consentio: id tamen cum eodem auctore viris virginitatis perfectioris lubens dabo: plures ex illis ad aliorum virtutis & perfectionis gloriæque gradum, quam ex mulieribus esse à Deo prædestinatos.

